



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ
propositiones, & alia

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. I. Quænam sunt dotes, seu qualitates Confessoris?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40817

tum præstet, ambo in foveam cadunt.

Quis igitur non horreat agendi modum Sacerdotis, qui inspirat pœnitenti, id quod credit potius falsum quàm verum, potius prohibitum quàm licitum, quod potius eum ad inferos quàm ad cœlos conducere credit, ne ipsi displiceat; & non dubitat ipsum præcipitem agere ad æternam damnationem, quia noluit ipsum obligare ut aliquam sibi vim inferret, in hac temporali vita?

Itaque verè rectèque exclamat contra hanc doctrinam Divus Bonaventura, O inauditum philosophandi genus: Judex sententiam ferre debet ad arbitrium rei, & reus iudicis iudicio obtemperare non tenetur.

Præterea, ut iam diximus, Confessarius semper tenetur sequi opinionem tutiorem, quoties opposita non est notoriè probabilior, quod quidam ad ejus prudentiam pertinet, de qua sequenti capite dicemus.

C A P U T X I.

De Qualitatibus necessariis Confessoribus.

Quæst. I. QUÆNAM sunt dotes, seu qualitates Confessoris?

Resp. Egregiè illas explicat sanctus Carolus, dum ait. In probandis Confessoribus hanc rationem habeant Episcopi, ut pii, benè morati, docti, prudentes, de animarum salute solliciti, & fideles custodes sint eorum qua in Confessione dicuntur.

S. Carol. in Conc. Provinc. I. tit. Quæ pertinet ad Sacram. Pœnit. ministrat.

Quæst. 2. In quo consistit pietas, quæ requiritur in Confessore?

Resp. Pietas quæ requiritur in Confessore;